



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Paraclesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Monasticōs degere abiecta, quā aulicōs uiuere
 re splendide. Rebellantem carnem, & subinde
 repullulantem etatis lasciuia cohercet. Exor-
 nator, rector, illustrator est. Ad ulciscendum
 lentissimus. Ad ignoscendum promptissimus. Fi-
 de celebrat pascha & sanguinis effusionem. Non
 admiscit syncera uitiosis, uera falsis. Non de-
 torquet subdola interpretatione ad suas cupi-
 ditates pestiferas caelestem doctrinam: sed fidelis
 est in domo Dei sicut Mosche, uigil sicut Aha-
 ron, Zelosus sicut Helias, praedicator disertus,
 sicut Esaias: sapiens sicut Daniel: sollicitus pas-
 stor sicut Petrus: Doctor sicut Paulus: Sanctus
 sicut Syluester. Non est κακοποιός, id est,
 malefactor. Nō φιλότιμος, id est, ambitiosus.
 Non commodum suum querit, sed alterius. Non
 gratiam suam querit, non suā laudem &c. Quis
 est hic & laudabimus eum fecit enim mirabilia
 in uita sua, Psal. 14.

Crucem
 Christi
 tollere, est
 in hoc mū-
 do nihil
 uel amare
 uel cōcupi-
 scere, &c.

 Amb. offi.
 3. cap. 1.
 Pauci ho-
 die angeli-
 ci in omni-
 bus ordi-
 nibus.

PARACLESIS

Agite igitur optimi commanipulones, cō-
 militonesq; et qui ossa ecclesiae estis, or-
 gana Spiritus sancti. Sponsum CHRISTUM IESUM
 huiusq; unicam columbam ecclesiam, amate
 & diligite, nihil melius esse potest, imò extra
 quam

quam nihil sumus, extra quam quisquis sapit des-
 spit. Huic uni inhereamus, hac una fruamur eccle-
 clesta, in qua uera pax est, gaudium, tranquillitas,
 uita: &c. per hunc sponsum Christum crescimus
 in hac sancta matre donec occurramus in uirum
 perfectum, & gnauiter obitamilitia, perpetuum
 in illa ecclesia triumphante triumphum agamus
 in coelis, confidamus in eo cum charitate & spe
 salutis, futurae gloriae, ipse enim omnia perfici-
 ciet: ipse Kanna siue zelotypus est, hoc est, uehe-
 menter nostri amator: Decet igitur & nos esse
 Am Kanna tobim debarim, hoc est, a-
 mulatricem gentem honorum operum. Nemo uos se-
 ducat ad mortem, promissionem uitae aeternae deside-
 rate. Quid potest fucata illa meretrix, Mundus,
 promittere? Quicquid libet pmittat, fortassis in
 crastino morituro promittit. Sed quid minatur
 mihi, inquit Augustinus, potens homo, ut aliquid ma-
 li faciam? carceres, catenas, ignes, tormenta, be-
 stias, nunquid ignem aeternum? Exhorresce quod
 minatur omnipotes, ama quod pollicetur omnia
 potens & uilescit omnis mundus (ubi fellita,
 putida, tetra sunt omnia) siue promittens, siue
 terrens, &c. sapit qui mundo desipit, & nihil
 nisi Christum sapit. Deponite malitiam, dolum
 adulationem, & inuidiam detractionem hanc
 inno

Exod. 26.

Via dux

Græcis

ἡ γυνή ἡ ἀγαθή.

innocentiam sic tenere debetis, ut eam crescendo
non amittatis. Quid est malitia, inquit D. Augu-
sti. lib. 50. hom. 20. nisi nocendi amor? Quid est
dolus, nisi aliud agere, & aliud simulare? Quid
est adulatio, nisi fallaci laude seductio? Quid
est inuidia, nisi odium foelicitatis alienae? Quid
est detractio, nisi mordacior quàm ueracior rea-
prehensio? Malitia malo delectatur alieno, inuis-
dētia bono alieno cruciatur. Dolus duplicat cor,
adulatio duplicat linguā, detractio uulnerat fac-
mam, &c. Nemo hic fulgere quærat, nemo sibi
arroget, nemo se iactet. Nolebat se CHRISTVS
cognosci nolebat prædicari in euangelio nomen
suum cum in terris uersaretur, uenit ut lateret
seculum hoc. Ergo & nos simili modo abscon-
damus uitam nostram Christi exemplo, fugia-
mus iactantiam, prædicari non expetamus. Mel-
lius est hic esse in humilitate, ibi in gloria, &c.
Cogita obsecro dilecte, inquit D. Chrysosto. in
Gene. hom. 27. quanta sit uirtutis magnitudo,
& discite uel ex præmijs, quæ propter illam uel
uniuersis dominus promisit. Qui ab hominibus
querit, habet, inquit idē Ambrosi. mercedem sua-
am: Qui autem à Deo, habet uitam æternam,
quam præstare non potest, nisi author æterni-
tatis, &c. Hæc igitur omnia diligenter seruatis
memos

Amb. off.
lib. 3. ca. 5.

Lib. 1. off.
cap. 1.

memoria, confratres charissimi, ut eos qui simp-
 pliciter ac temerè scripturis, ac cum pernicie
 proximi utuntur, omni cum sapientia, ut Chry-
 sostomus ait, corrigere possitis. Fiducia uestra, Hebre. 10.
 magnam habebit præmij retributionem: ueniet in
 breui qui uenturus est & non tardabit, Apoca-
 lypscos 21. Porro qui uicerit, (Mūdum: diabolū,
 qui & mors dicitur quia est causa mortis, Hie-
 rony. & c. Carnem: Hæretistas) ero Deus ei, in-
 quit dominus, & ille erit mihi filius, exaudiā eos,
 Deus Israël non derelinquam eos, aperiam in su-
 premis collibus flumina, & in medio camporum
 fontes, ponā desertum in stagna aquarū, & ter-
 ram inuiam in riuos aquarum. Vos enim iam non
 hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum, & do-
 mestici Dei, Ephes. 2. Habebitis thesaurum inue-
 stabilem, quē nec tineæ rodunt, nec liuor edax
 diruit: dabit Archipater omnipotens pro terra
 silicem, & pro silice torrentes aureos, tollet do-
 minus saxum Tantaleum, dabit gaudium & lati-
 tiam & exultabunt de condonatis peccatis ossa
 per cōtritionem humiliata. Vigilate ergo, acto. uirgi la-
 20. Videmus quo tempore, cum quibus, & quā psam ca. 5.
 uarie luctemur: Vigilate, Vigilate, empti enim
 estis precio magno, & c.

Hiob 22.

Ambr. ad

Z Ad